



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 62. Depositionis sententia a Joanne acceptata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. A.C. 1415. *thasar Cossa nuper Joannes XXIII, nec Angelus de Corario Gregorius XII, nec Petrus de Luna Benedictus XIII. in suis obedientiis sic nominati. Nullusque cujuscunque dignitatis vel præminentiae, etiamsi Imperiali, Regali, Cardinalatus aut Pontificali dignitate præfulgeat, huic decreto contraveniat sub iisdem poenis, etiam cum invocatione brachii sæcularis. Denique tertium promulgatum est decretum, quo quatuor Nationum Judicibus datum est negotium, ut vocarent Prælatos absentes ad Synodum, & punirent non venientes. Altera die, occurrente festo Corporis Christi, solemnis instituta est supplicatio, ut Deo pro tam felici eventu publicæ redderentur gratiæ.*

## §. LXII.

*Depositionis sententia a Joanne acceptata.*

**N**ominati fuere Commissarii, qui Joanni exauctorationis sententiam perferrent. Hic legit eandem, nihil opponens, discessit tamen, ac quid factu opus, per duas circiter horas solus secum deliberavit; tandem vero eam ratam habuit, plenamque submissionem ostendit, juravitque manu pectori applicata, se absolute, libere ac sincero animo Papatui renunciare, nec unquam tanquam Papam ultra gessurum se, imo nec ipsum Pontificis

cis nomen amplius acceptaturum, si-  
mulque Crucem Papalem e cubili suo  
amoveri jubet, inquit, se nulla mora i-  
psis quoque præsentibus Pontificia vesti-  
menta, ceteraque omnia Papatus insignia  
deponiturum, dummodo alias vestes, qui-  
bus se indueret, in promptu haberet.

Sæcul. XV.  
A. C. 1415.

## §. LXIII.

*Joannes Gottlebiam, inde Heidelber-  
gam delatus.*

Absoluta hac deputatione Joannes Cel-  
la ad arcem Gottlebiensem deductus  
est, ubi captivus detinebatur Hussus. Di-  
missi sunt omnes ejus famuli, solo exce-  
pto coquo, & ne horum opera vel ami-  
corum, quorum nonnullos Constantiæ  
numerabat, molitionibus evadere posset,  
Imperator negotium dedit Electori Pala-  
tino, ut illum Heidelbergam transferret,  
quovis tamen officiorum genere decen-  
ter eum haberet.

Niem. apud  
Vander  
Hardt to. 4.  
p. 296.

## §. LXIV.

*Hæc Synodi gesta Gallis haud  
probata.*

Joannis depositionem Synodus encycli-  
cis suis universæ notam fecit Europæ.  
Verum quantumcunque gravibus ratio-  
num momentis suam agendi rationem  
vindi-

Monach.  
S. Dionys.  
Hist. Car. VI